Transylvania.

Est Transylvania, montibus a septentrionibus a Getis appellata
a regio omnibus rebus ad humanum cultum necessarijs abundans, frumentis
vino, oleo, armentis, piscibus, auro argento, ferro
lignis, marmoribus, sale et hominum salisfodinis
nihil denique illi deest præter industrios incolas: annona ibi est summa nihilque quæ maior etiam
esset si terram qui colerent reperirentur, sed plerique
sunt loca inculta et deserta. xij. solidis emitur
bubulus. xx. bos, ovis, lepus, caprea, anser, et cætera
huius generis. Huius provinciæ in longitudinem
centum et quinquaginta millia passuum, in la-
titudinem centum patentis maiorem partem incolunt
Saxones, quorum sunt præstantissimæ quæque civitates
multa minora oppida, pagique in ipsorum Saxonici
agro: Hæ Helvetiorum fere instituta suam quæque
administrant Remp. suisque legibus utuntur. Regi
certum tributum pendunt, quod illi augere minime
licet, atque ei tuendi Regni causa bellum gerenti omnibus
viribus præsto adesse coguntur, et quoties vos postulat